

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Magnificis et amplissimis uiris, eruditione et omni uirtutum choro
praestantib. D. Christophoro Ionae, iuris utruisq; doctori, D. Thomae
Matthiae, D. Christophoro Meienbvrgerom consiliarijs [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

MAGNIFICIS ET AMPLISSIS
mūs uiris, eruditione et omni uirtutum choro p̄fē
stantib. D. CHRISTOPHORO IONAE,
Iuris utriusq; doctori, D. THOMAE MAT-
THIAE, D. CHRISTOPHORO ME-
IENBVRGERO, consiliarijs illuſtrissimorū
Principum, Electoris Brandenburgensis, & Du-
cum Borruſie, Marchionū Brandenburgen-
ſium, &c. fidelissimis, fautoribus
& patronis suis perpetuo
colendis, S. D.



Ts̄ de multis circum-
stantijs, magnifici & do-
ctissimi uiri, quas breui-
tatis causa hoc in loco
omittimus, lectore hū-
ius sequentis nostrī instituti com-
moneſaciēdum putamus: tamen ne
illud à quibusdā aliter atq; uolumus
accipiatur, pauca quædā de his præ-
mittenda censemus. Si qui uero plu-
ra cognoscere desiderāt, remittimus
eos ad posteriorem partem, in qua
reliqua satis abunde & copioſe de-
clarabuntur.

P R A E F A T I O .

Sciat igitur Lector, nos quasdam
Epistolas à diuersis manibus, inter-
dum quoq; ex autographis subito
scriptas mutilatè & mendosè inuenis-
se, quæ propter eruditas ac utiles iu-
nioribus adhortationes, aut alias in-
signes doctrinas in illis comprehen-
sas, non omnino abijciendæ fuerūt.
Huic etiam nostro iudicio adstipu-
lantur plurimi honesti & docti viri,
quibus idem consultum uidetur, ne
mutilata uel uitiosa loca, ubi ambi-
guitas maius tedium quam utilita-
tem aliquam legentib. adferret, hic
insereremus. Idēp in paucis à nobis
obseruatum esse, ipsi autographorū
possessores testabuntur. Si qui ue-
rò hac in parte, alijsq; sequentibus,
plura uidebunt & intelligent quam
nos: hos amanter rogatos uolumus,
ne nobis suo fidelissimo consilio de-
esse uelint. Sed hoc tempore, proh
dolor, multo plures reprehensorē,
quam fideles adiutores aut fautores
cūm

1600

P R A E F A T I O .

cum publicorum, tum priuatorum
laborum inueniri & existere experi-
mur, qui meliorem partem semper
vincere student, sibiç̄ tantū prodes-
se uolunt. Deinde huic libello adie-
cimus multas epistolas clarorum &
doctorum uirorum, ubi certa eorun-
dem nomina curioſe inquirere non
licuit. At si quidam se offerrent, qui
haec aliaç̄ similia à nobis bono ani-
mo & studio collecta, & ab honestis
simis ac optimis uiris recepta impro-
barent, ac uarijs artib. nos oppugna-
re pergerent (quia nullus est cauilla-
tionum finis) horum consilijs (si nos
prius docuerint, quid correctione
in his materijs indigeat, idç̄ qua ra-
tione commodissimè corrigendum
sit, ne ipsorum consilium à quoquā
euertatur & reiçiatur) obtēperare
decreuimus: non aliter quam ut mi-
litēs tubā & consilia ducū, iuxta que-
acies oppugnationesç̄ instruuntur
atç̄ diriguntur, sequi consueuerunt.

α 3 De

P R A E F A T I O.

De meis autē studijs in hoc Opusculo suscep̄tis, nihil aliud dicere uolo, quām quōd mihi à multis praeclaris uiris persuasum sit, qui hactenus gustum harum materiarum perceperunt, & nunc propter iuuentutis commodum & utilitatem euulgarī exoptarunt, meam operam non inutiliter collocatum iri.

In eorū numero, magnifici & doctissimi uiri, uos quoq; esse, & mirū in modum uobis priores meos labores placuisse, & hunc non minus placitum, à quibusdam honestis & eruditis uiris mihi significatur.

Quapropter, magnifici patroni, fretus uestra benevolentia, & singulari erga me affectu, has sequentes materias sub uestro nomine publicare constitui, cùm maximis & ferē innumerabilib. beneficijs à uobis sim affectus, postquam in harum materiarum collectione apud uos uersarer. Hinc enim si qui emolumēta aut fructus

P R A E F A T I O N

fructus perceperint, ineritò uobis
gratias dignas absque dubio agent,
summiscè laudibus piam, Deoq; &
Ecclesiæ gratam uoluntatem uestrā
in promouēdis studijs extollent, ne
illa quæ hactenus à multis desidera-
ta sunt interirent, aut unus atq; alter
tantū neglecto Ecclesiæ & Reipub-
licæ commodo uteretur. Postre-
mò, ut M. V. hūc libellum eo animo,
quo priorem solet, amplecti non de-
dignetur, suaç autoritate aduersus
maleuolorum morsus defendere &
tueri uelit, & me meosç commendata
habeat, maximopere precor.
Bene & foeliciter ualete. Datae Ly-
psię, anno Salutis humanę 1564. quar-
to nonis Augusti: quo die, ante an-
nos triginta septem, serenissimus &
potentissimus princeps ac dominus
D. Maximilianus secundus, Roma-
norum, Hungarorum & Bohemorū
Rex, &c. Viennæ nascitur. Eodem
etiam die, ante annos quadraginta

a 4 quatuor

P R A E F A T I O.

quatuor, natus est serenissimus &
potentissimus Princeps ac dominus
D. Sigismundus Augustus, Rex
Poloniae, &c. Quorum, ut & aliorū
bonorum magistratum gubernatio,
felix sit, tranquilla & salutaris: id
quod omnes pīj mecum preca-
riuelint ex animo, De-
um precor.